

Tentamen medicum inaugurale de febre endemica Indiarum Occidentalium : quod, annuente summo numine : ex auctoritate reverendi admodum viri, D. Georgii Baird, SS.T.P. Academiae Edinburgenae Praefecti : necnon amplissimi senatus academici consensu, et nobilissimae facultatis medicae decreto : pro gradu doctoratus, summisque in medicina honoribus ac privilegiis rite et legitime consequendis / eruditorum examini subijcit Gulielmus Franciscus Carter, Anglus, Coll. Reg. Chir. Lond. Soc. Societ. Reg. Med. Edin. Soc. Extraord. &c.; &c.;

Contributors

Carter, William Francis.
Baird, George Husband, 1761-1840.
Blizard, William, Sir, 1743-1835
Carter, William Francis
St. Thomas's Hospital. Medical School. Library
King's College London

Publication/Creation

Edinburgi : Cum Privilegio, Apud D. Shaw et Filium, MDCCCXVIII [1818]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/eng5z9hj>

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by King's College London. The original may be consulted at King's College London. where the originals may be consulted.

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.


You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.




Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



24. c. 14.




*St. Thomas's Hospital
Library*





For the Library of St. Thomas
Hospital -

from the author
Presented by the brother
H. Muller ~~son~~









TANTALUM MEDICUM.

Secundum

PETER LINDHOLM.

Stockholm.



Digitized by the Internet Archive
in 2015

<https://archive.org/details/b21304816>

TENTAMEN MEDICUM

INAUGURALE

DE

FEBRE ENDEMICA

INDIARUM OCCIDENTALIUM.

TENTAMEN MEDICUM

INAGURALE

DE

FRIBRE ENDEMIC

INDIANUM OCCIDENTALIUM.

TENTAMEN MEDICUM
 INAUGURALE
 DE
FEBRE ENDEMICA
 INDIARUM OCCIDENTALIUM ;

QUOD,
 ANNUENTE SUMMO NUMINE,
 EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI,
D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.
 ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI ;

NECNON
 AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU, ET
 NOBILISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ DECRETO ;

Pro Gradu Doctoris,
 SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
 RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS ;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT
GULIELMUS FRANCISCUS CARTER,
 Anglus,
 COLL. REG. CHIR. LOND. SOC.
 SOCIET. REG. MED. EDIN. SOC. EXTRAORD.
 &c. &c.

" O medici ! mediam pertundite venam." *Juv.*

Kalendis Augusti, horâ locoque solitis.

EDINBURGI :
 CUM PRIVILEGIO, APUD D. SCHAW ET FILIUM.
 MDCCCXVIII.

1548703

Drum



TESTAMENTUM MEDICUM

IN ADUVA

DE

FERRIS ENDEMIC

INDIANUS OCCIDENTALIS

2000

ANNUUS PRIMO PRIMO

DE PRIMO PRIMO PRIMO PRIMO

D. GEORGE H. H. H. H. H.

ANNUUS PRIMO PRIMO PRIMO

2000

ANNUUS PRIMO PRIMO PRIMO

ANNUUS PRIMO PRIMO PRIMO

ANNUUS PRIMO PRIMO PRIMO

ANNUUS PRIMO PRIMO PRIMO

ANNUUS PRIMO PRIMO PRIMO

ANNUUS PRIMO PRIMO PRIMO

ANNUUS PRIMO PRIMO PRIMO

2000

ANNUUS PRIMO PRIMO PRIMO

ANNUUS PRIMO PRIMO PRIMO

2000

ANNUUS PRIMO PRIMO PRIMO

ANNUUS PRIMO PRIMO PRIMO

ANNUUS PRIMO PRIMO PRIMO

ANNUUS PRIMO PRIMO PRIMO

ANNUUS PRIMO PRIMO PRIMO

ANNUUS PRIMO PRIMO PRIMO

PRÆCLARO EQUITI,

GULIELMO BLIZARD,

S. R. S: S. A. S: S. R. S. E:

REG. SOC. MED. EDIN. SOC. HON.

SOCIET. REG. C. GOTTING. SOC. CORRESP.

ANATOMIÆ ET CHIRURGIÆ

AD COLLEGIUM REGIUM CHIRURGORUM, LONDINENSE;

PROFESSORI HONORARIO;

ALTISSIMI ET REGII PRINCIPIS

Aucis Glocestrie

NOSOCOMII QUE LONDINENSIS

CHIRURGO:

HANC QUALEM CUNQUE DISSERTATIONEM

SUMMA VENERANTIA DICAT

GULIELMUS FRANCISCUS CARTER:

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

GEORGE H. R. HAZARD

CHICAGO, ILL.

1911

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

CHICAGO, ILL.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

CHICAGO, ILL.

1911

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

CHICAGO, ILL.

1911

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

CHICAGO, ILL.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

THOMÆ BLIZARD,

ARMIGERO,

SOCIETATIS REGIÆ SOCIO

NUPER UNI EX CHIRURGIS

NOSOCOMII LONDINENSIS

&c. &c. &c.

HOCCE OPUSCULUM

SUMMA OBSERVANTIA ET VENERATIONE

DEDICATUR

AMICO, QUONDAM DISCIPULO

GULIELMO FRANCISCO CARTER.

THOMAS BLISSARD,

MANAGER.

REGISTERED MAIL BOX

NEW YORK CITY

RECEIVED

NO. 10

THE NEW YORK

NEW YORK CITY

REGISTERED

NEW YORK CITY

GUILLIAMS FRANCISCO CARTER.

HEATHFIELD TREGONWELL FRAMPTON,

ARMIGERO,

ANATOMIÆ NUPER ET PHYSIOLOGIÆ

APUD THEATRUM MEDICUM

NOSOCOMII LONDINENSIS

PRÆLECTORI:

HEC INTEGERRIMÆ AMICITIÆ

ET OBSERVANTIÆ

FIGNORA UTUT LEVIA

LUBENTISSIMO ANIMO

CONSECRAT

AUCTOR.

THE REVISED THEODORE WILLIAMSON

ARMISTICE

ARMISTICE

ARMISTICE

ARMISTICE

ARMISTICE

ARMISTICE

ARMISTICE

ARMISTICE

ARMISTICE

ARMISTICE

ARMISTICE

JACOBO GRAY,

ARMIGERO,

ACADEMIÆ CLARISSIMÆ

GRAMMATICÆ EDINENSIS

MAGISTRO:

VIRO

OMNIUM BONARUM ARTIUM CULTURA

NEQUE MINUS DIVINÆ PÆSEOS AMORE,

INSIGNI:

CUI VERO MORUM PROBITAS ET ELEGANTIA

VITÆ INNOCENTIA

HONORES QUAM ULLE DISCIPLINÆ EXCULTE AMPLIORES

DIU VINDICARUNT:

TENUE HOC ET RUDE TENTAMEN

MAXIMA VENERATIONE ET AMORE

SACRAVIT

AUCTOR.

JACOB GRAY

AMSTERDAM

ACADEMIE VAN WISSENSCHAPPEN

GEWONTE AANKOMST

MAAGTSTADT

VIRO

GEWONTE AANKOMST

MAAGTSTADT

MAAGTSTADT

MAAGTSTADT

MAAGTSTADT

MAAGTSTADT

MAAGTSTADT

MAAGTSTADT

MAAGTSTADT

MAAGTSTADT

MAAGTSTADT

——, quæ sint morbo, mortique, necesse 'st
Multa volare ; ea cum casu snnt forte coorta,
Et perturbarunt cælum, fit morbidus Aër.
Atque ea vis omnis Morborum, pestililasque,
Aut extrinsecus, ut nubes nebulæque superne
Per cælum veniunt, aut ipsa sæpe coorta
De terra surgunt, ubi putrorem humida nacta 'st,
Intempestivis Pluviisque, et Solibus icta.
Nonne vides etiam cæli novitate, et aquarum
Tentari, procul a patria quicunque domoque
Adveniunt? ideo quia longe discrepat Aër.

LUCRET. lib. vi.

ERRATA.

Pag. 6. l. 1. *Pro cum cupiditate—lege dum cupiditas.*

— 30. l. 10. *Pro denique—lege tandem.*

TENTAMEN MEDICUM

INAUGURALE

DE

FEBRE ENDEMICA

INDIARUM OCCIDENTALIUM.

PRÆMIUM.

MORBORUM omnium quibus gens humana et fortissimi patriæ defensores objiciuntur, nullus est, qui vel sæpius adoritur, vel qui eventum funestiores habet, quam hæc Febris Endemica. Varie disseruerunt de ortu ejus rem medicam colentes; sed demum homines judicio acutissimo, scilicet, BANCROFT, JACKSON, M^cARTHUR, alique, bene omnibus difficultatibus superatis, theoriisque dubiis, per principia accuratiora et magis idonea,

genus et progressum et rationem tractandi hunc morbum nunc instituerunt; qui Indigenas Europæ, ad Occidentalem Indiam emigrantes, periculo mortique diu exposuit, et novam continentem depopulatus est.

Hujus tentaminis auctor biennium Navi Bellicæ in regionibus intertropicis chirurgus præfuit; ideoque omnes gradus febrium quæ regiones calidiores devastabant facultates idoneas observandi in omnigeno statu habuit.

Endemica maxime socios navales, et Milites Europa emigrantes, in biennio postquam in hanc regionem advecti sunt, opprimit. Certo anni tempore serius aut citius apparet, plerumque mitior vel gravior secundum mutationes tempestatum; omni vero tempore occurrit, cum prædisponentes vehementerque excitantes causæ obveniunt, et nautas et milites impetui obnoxios reddunt.

HISTORIA MORBI.

Hunc morbum auctores plerumque dividunt in tres gradus, medius autem gradus videtur ipse nihil nisi vinculum connectens (signis nimirum haud multum diversis) et igitur omnino rejiciendus est. Febris Endemica seu Caribæa solum modo duos evidentes gradus, inflammationis, et debilitatis habet.

Hæc febris ægrum sensu lassitudinis, vertigine, dolore dorsi, et lumborum et extremitatum inferiarum, et plerumque aliquo frigoris sensu aggreditur. Graves dolores capitis, oculi inflammati, dolentes circa fundum et lumen refugientes, cutis arida cum ingrato calore pungenti, urina rubra, pulsus validus et frequens, vultus rubedo et tumefactio, lingua fusca, vel flava, et crusta obducta, alvus pertinaciter astricta, sensus anxietatis circa præcordia, sitis gravis, respiratio festinata, et cibi aversatio, et animi hilaritas subeunt. In-

tra paucas horas dolores increscunt, et in gravioribus exemplis, usque ad umbilicum tendunt; facies plus erubescit, vasa tunicae adnatae simul turgescunt, et ipsa peculiarem fulgentem aspectum præbet. Per primas duodecim horas æger non est admodum inquietus, sed nonnihil somni captat, dum cutis leni sudore humectatur. Post hoc tempus magna est exacerbatio, et æger valde inquietus fit, cutis calor et ariditas, dolorque et plenitudo oculorum et frontis increscunt. Porro, dolores femorum et surarum augescunt, et sitis inexplebilis, et sensus ponderis in ventriculo ægrotum inquietant. Nausea et vomitus, ventris dolores vagi, sub finem viginti quatuor horarum obveniunt. Plerumque ægrotus ad hunc gradum expers periculi accedit. Sin autem permittetur febris ultra duodecim horas furere periculum imminens fit, et omnia symptomata jam dicta augentur. Pulsus fit plenior, durior et validior, impetus sanguinis caput versus major, temperies corporis aucta, respiratio acceleratur, cum con-

spicuis arteriarum caroticarum et temporalium pulsibus; adsunt etiam tinnitus aurium, et magna irritatio a levissimo strepitu, pervigilium, confusio cogitationum, raro tamen, delirium. Urina rubicundior et parca, doloris sensus percipitur in umbilico presso, tunica adnata subflavam colorem, circa corneam condensatum acquirat, magna irritabilitas ventriculi, quam comitantur vomitus et nixus vehemens, adest, sed nil præter mucum et liquida ingesta vomitur, de sensu stricturæ pharyngis, et devorandi difficultate, cum dolore æger conqueritur, delirium tandem advenit.

A diminutione symptomatum multorum præcedentium, tertia dies, vel secundus gradus incipit, aucta vasorum actio nunc decrescit, et pulsus et calor prope naturales evadunt, et tunc typus morbi ad melius mutare videtur. Attamen vomitus, sitisque graviores, et sensus stricturæ pharyngis manent, materia ejecta membranaceum subrubrorum flocculorum



aspectum præbet; cum cupiditate perpetua bibendi frigidam aquam magis urget. Æger putat se multum levare, sed TYRONEM cui deest regionum calidarum experientia, serenitatem dolosam cavere oportet, brevi enim manet, et Error cito evanescit. Fatalis structuræ mutatio ventriculi, et intestinorum, verisimillime hoc tempore incipit; et cohortem auctorum symptomatum introducit. Symptomata supra recensita cum notis vis nervosæ multum diminutæ redeunt. Quæcunque in ventriculum ingesta, nunc protinus rejiciuntur, vomita materia nigra sedimento coffeæ similis est, et nonnihil viscida. Spasmi præcipue circa Epigastrium torquent; sed haud raro totum abdomen digitis pressum plus minusve dolet. Sequitur diarrhæa et dejectiones vel virides, vel nigræ, pici similes existunt. Cutis humida, sudoribus oleosis in partibus variis corporis. Flavedo primum circa os, tempora, oculos, et collum observata, paulatim per totam corporis superficiem diffunditur, et partes in quas æger decumbit, livido colo-

ris ad gangrænam tendentis fiunt. Sæpe æger non potest exonerare alvum, fortasse propter impotentiam musculorum abdominis.

Postremo, omnes machinæ functiones cum vitales tum naturales plurimum turbantur, delirium ferox sævit, corpus videtur tortum dolore, et æger abdomen versus attrahit genua, convulsus stragula captat; pulsus debilis, tardus et intermittens, respiratio difficilior, et vultus magnam anxietatem, et animum demissum exprimit, oculi splendorem solitum amittunt, ex ore, naribus, et etiam ano, prorumpit sanguis. Quantitas materiæ nigræ, ex ventriculo rejecta maxime augetur.

Dehinc omnia in pejus ruunt; æger nonnullis horis sine sensu, stupidus, jacet, et deorsum ad pedes subinde delabitur, mussitat, verbaque vix intelligi possunt. Tremores labii superioris, et totius corporis, urinæ et fæcum involuntaria et inscia excretio, subsultus tendinum, singultus, vomitus miserum agitant;

partes extremæ evadunt frigidæ ; lividæ maculæ præcordia cingunt, hæmorrhagia ex alvo profluit, et denique infelix ægrotus qui paucas dies antea, pleno vigore tam animi quam corporis, et juventutis hilaritate, lætus fruebatur, nunc eheu ! fato repentino abripitur.

Ea demum est consueta signorum successio quæ hanc Endemicam aut Caribæam febrem notant; sed eorum progressu est expeditior vel tardior, secundum impetum morbi, vel vires hominis ad eum sustinendum.

Stadium morbi ultimum rarius ultra diem tertiam producitur, sæpe quidem horis viginti quatuor post accessum, vitæ finem posuit, interdum vero, licet rarius, ad diem octavum vel nonum duravit.

“ Ita in morbo tam periculoso et remediorum impatiente, exempla infausti exitûs
“ haud pauca semper medici erit plorare : sed

“ multum proderit initio dolori nunc depicto
“ quamprimum obstare, et tempestive confu-
“ giendo ad remedia idonea, mortem arcere.”

QUÆ CORPORIBUS SECTIS PATEFIANT.

IN gravioribus exemplis ubi multum delirii adfuerat, cadaverum inspectio veram reddere signorum haud parum juvabit, vasa intra caput sanguinea interdum præter solitum turgida inventa sunt, vel seri effusio sub tunica arachnoidea, et in ventriculis; in aliis autem hæc signa morbida omnino aberant.

Elevatis abdominis musculis, atque dissecto peritoneo, in statu maxime decolorato atque morboſo, omentum ostenditur; etiamque ad gangrænam sæpenumero spectat. Ventriculus generaliter notas manifestas inflammationis prioris ostendit, et irregulares maculæ, lineæque gangrænosæ, præcipue prope ad pylorum spectantur. Intestina tenuiora et cæ-

cum aëre distenta sæpe inter sese et aliis visceribus adhærentia, et nonnunquam ad gangrænam spectantia, et quantitatem materiæ fætidæ nigricantis exiguam continentia reperiuntur. Colon valde fere contractum est, sed raro inflammationem exhibuit, et pars recti inferior sæpe excoriatur.

Jecinoris, atque splenis magnitudo, multum quoque augetur, atque insuper jecur, colore multo flaviore, quam alia abdominis viscera pingitur; atque ejus vasa sanguinem vehentia præter naturam distenduntur, et fellis vesica ejusque ductus, bili viscosa præter solitum nigra implentur.

Thoracis viscera nunquam ferè quicquid morbi scrutantibus præbent. Quibusdam exemplis urinæ vesica multum spissata fuit.

DE DIAGNOSI.

SUB primo morbi accessu, ægri habitus corporis, plenus, et robustus, ætas, adventus in Regione Calida nuperus, et accessus symptomatum febris graviolem post laborem, ingentem insolationem, vel frigori vespertino expositionem, aut cibi vel potus excessum, solæ vel saltem res præcipuæ habendæ sunt, ex quibus diagnosin statuere possumus.

In stadio proVectiore, dolor in ventriculo et gutture urens, vomitus materiæ nigræ molestissimus, cutis vel faciei, vel totius corporis color subflavus, et forma mali continua nihil dubii de eo relinquunt.

A typho his indiciis distinguitur, quod calidis regionibus tempestatibusque, ubi ille morbus non existit, gignitur, calore nimirum impediēte quo minus contagione vulgetur; quodque typhus debiles et languidos, febris

autem Endemica plenum corpus habentes invadit.

DE PROGNOSI.

Hoc malum esse periculocissimum, et in progressu valde expeditum satis superque ab historia demonstratur. Igitur de exitu in stadio primo cautissime semper oportet dicere.

Si tamen remedia idonea prompté et maturé exhibita, in melius nonnihil morbum convertere valeant, et hæc se produnt scilicet, exhalatio per cutem libera, et modicus ejusdem calor, doloresque capitis et crurum imminuti, oculorum vasa haud amplius sanguine distenta, sitis levior, ventriculus cum appetitu rediente, quietus, somnus placidus, magis fauste prædicandi erit locus. Iam in historia morbi observatum fuit, circiter diem tertiam multa urgentia signa quodammodo levare, sed tunc temporis vultûs debilitas, et vomitus perstans,

ægrum adhuc in periculo magno versari moment.

Febris ardens, dolor in regione epigastrii fixus, coma vel delirium ab initio ingravescent, et morbo progrediente, gradum suum corripient, indicia pessimi ominis habenda sunt. Quo vehementior febris, eo, cæteris paribus, instantius est periculum. Juvenilibus et robustis et intemperatis hoc morbo correptis, quam senilibus et infirmis, minus periculi imminet.

Siquando quoque pulsus debilis fit, cutis flava et lingua strato obducitur flavo, versus finem morbi in crustam nigram immobilem desituro, voxque vix edenda, oculi cavi, vomitus materiæ nigricantis, magna spirandi difficultas, et cum dolore in ventriculo vehemente, presso, adsint, excretiones putridæ reddantur, petechiæ et sanguinis profluvia eveniant, nihil fere dubii, quod ad finem infaustum, existere potest. Conclamatum est, si in stadio

ultimo, quum æger mussitat, vel dormitat, palpebras vix accurate clausas sæpe observavi, eo modo exigua, album oculi visu horrendum ostendens. ciliis duobus intersit.

Interdum paucae vel plurae horae ante mortem apparet, et plerumque, finem morbi omni-
geni lethalem semper præmonet.

CAUSÆ PRESISPONENTES.

EUROPÆÆ citra bisseuos menses postea pervenerunt ad Occidentalem Indiam, sunt tere ab unum, obnoxii huic febri, haud dubitandum est, quin stimulus directus æstus insoliti in habitum phlethoricum, fibramque rigidam incolarum Europæ nuper ad regionem inter-tropicam translatorum, agens, causa prima et præcipua est quæ advenas huic morbo proclives reddat, necnon animi pathemata, mæsta, anxietas, et subinde ira, nostalgia et similia haud parum accessui ejus favere observantur.

CAUSÆ EXCITANTES.

DIFFUSIS per aëra miasmatis specialis, quæ ex paludibus, aut vegetabili materia putrescente, vel ex solo terræ tropicæ ipso assidue exhalantur, attributa fuit hæc Caribæa febris, namque cum corpori ab aliis causis jam prædisposito admotum hoc venenum fuerit, brevi enascuntur Febris Endemicæ signa. Sed me iudice, Miasma speciale per se, ut causa excitans nimis accipitur, nam, uti censeo, Ardor solis nimium propinqui (qualis in India occidentali accidit) in terris ubi radii solis a centum et viginti, ad centum et triginta, Fahrenheitii gradus calent, et ab octaginta ad nonaginta quatuor sub umbra et Meridie variatur, directe agens in corpus inassuetum et plethoricum pro causa frequentissima haberi debet.

Hinc observatu dignum est, morbum in exemplis quibusdam a causâ excitante solâ in-

duci posse, absque ulla proclivitate in eum antecedente. Sic post fatigationem sub fervido sole, capite nudato, socii navales qui necessario in aqua vel ligno ex afferendis, et aliis gravioribus muneribus navalibus fungendis obijciuntur, in morbum sæpissime incidunt.

Abusus liquoris spirituosi, et expositio ad rores et æera noctis, morbum allicere inveniuntur, decubitus quoque super humo madidâ gramineâ—mos omnium pessimus, hæc frequentissima febris causa inter nostras nautas et milites fit, quippe qui spirituosio confecti rori calidæ regionis oblatis, sub tegmine nocturni cœli improvide soleant edormi crapulam et exhala.

Aliquot auctores a contagio eum excitari interque populos propagari putâsse, et multa argumenta et testimonia ad opinionem istam confirmandam protulisse haud ignarus sum, verum enimvero ab observatione exigua quam egomet habui, morbum haud contagioni,

sed insolationi, ebrietati, miasmati paludum, et foedæ navium penetralium saburræ aliisque jam recensitis tribuere maluerim.

Vera demum ut opinor Endemica seu Febris Flava non est invecta vel contagiosa, sed profecto localis et indigena, ut exempla singula morbi, vel tantum pauca in eadem nave aut legione rursus rursusque, aliis haud ab illa affectis occurrentia probe ostendunt. Sane nunquam inter eos qui circum ægros fere constanter istis causis jam recensitis non objecti fuerant, grassari unquam hunc morbi observavi.

Igitur legitime Endemica in Indiis Occidentalibus existit, et Epidemica ibi certis anni tempestatibus, vel solummodo cum causa generalis effectum universum gignit; sed interdum, in aliis regionibus ab ingenti calore, vicinitate maris, lacûs, humidæ terræ, et miasmate paludum, corpori admotis etiam ac-

cidat. Hanc rem peculiarem Clar. Doct. ROBERTSON acumine solito notavit: his utitur verbis, “revertere quæstionem, an sit morbus contagiosus necne? Si non, quomodo absque contagionis ope, fit, ut morbus in quadam regione vel nave epidemice grassari, et plurimos homines eodem tempore infestare, soleat? Eccè responsum veri simillimum—ait,”

“ In primis, omnes homines qui in eadem regione vel nave vitam degunt, miasmati specifico, aëris vicibus, aliisque Dysenteriae (vel Febris Endemicæ) causis æque obnoxii sunt; itaque ab impetu morbi nemo salvus est. Sed porro, morbus aliquando potius aliam navem vel civitatem magis quam aliam, vexat, propter *idiosyncrasiam* (vel conditionem) constitutionis incolarum omnium communem: nam experientiâ iteratâ compertum fuit, homines in eodem situ vitam ducentes, eundem aëra spirantes, eosdem mores colentes, et eodem vestitu victuque utentes, constitutionem sub-similem plerumque adipisci. Hinc evenit ut

morbi qui, omnium consensu, minime contagiosi sunt, sæpe in urbibus certis vel navibus amplis, epidémicé regnare uno tempore, reperiantur, etsi aliarum navium aut urbium incolæ tum benè valeant.”

DE METHODO MEDENDI.

Quod ad hunc morbum dirum rite tractandum, Medici multum inter sese discrepauerunt. Hæc opinionis diversitas, tum a variis effectibus quos cœli earum regionum temperiem in corpore humano producere arbitrantur, tum a sententiis diversis de febris natura, pendebat. Alii eum ad putredinem ab initio proclivitatem habere disputabant, alii autem de hoc febris typo opinioni minime credentes curationis consilia alia, et magis idonea tandem proposuerunt,

Quoniam hujus morbi natura sine dubio admodum inflammatoria est, et quoniam organis

maximi momenti, veluti ventriculo, et cerebro, vi ejus indomita valde noceat, non fieri potest quin ad remedia antiphlogistica validissima medicus statim "febrem intercedere" confugeret, quorumimprimis sanguinis missio attentionem maximam vindicabit.

Quod ad quantitatem mittendam et repetitionem, pulsus validus, dolor topicus, functiones sensorii cæteraque multum læsæ, ætas juvenilis, constitutio cæli, graves haud assueti effectus quos ipsa primum instituta producit, et *præ omnibus, tempus* per quod malum duraverit, optime curantem monebunt. Contra, cautione multa in ea exhibenda opus est si homo debilitatus fuerit, ætate, vel morbis prioribus confectus, et maxime, si in stadio mali progressu adveniat medicus.

Quoniam igitur feбри vehementi nullo modo melius succurritur, quandocunque symptomata illam denotantia se produnt, ut venam pertundatur statim oportet, et ex orificio sa-

tis magno ægro erecto sedente, sanguinis unciae viginti, triginta, vel quadraginta, aut ad animi deliquum emittantur. Si post sex vel octo horas nulla remissio facta fuerit, et si actio abnormis contra adhuc violenta maneat, repetenda est remissio sanguinis, et iterum iterumque utenda est donec tandem debellatur excitatio morbida. Hinc, plena sanguinis ab arteria temporali, vena jugulari externa, vel æque ac brachio detractione mala hæc nunquam non allevantur, haud raro ex toto tolluntur, adeoque series illa febris morbosa omnino abrumpitur.

De repetitione venesectionis, vero diligenter considerare est necessarium, quod sæpissime gradus primus præterierit, maximo periculo ægotantem versari possit, et pede celeriore mortem progredi faciat hæc evacuatio.

Detractioni generali commode accedant, Hirudines, ad dolorem capitis immanem, oculorum tensionem, et plenitudinis in superciliis

sensum molestum mitigandum, vel curcurbitulæ cruentæ temporibus, et epispastica capiti abraso admota. Hic autem monuisse haud ineptum videatur, eandam copiam diversis vicibus detractam non tam profuturam esse, quam illam ipsam semel et cito eductam; imo vero debilitati potius, et exitu lethali favere repertam fuisse. An opinio justa sit, an secus, judicent periti.

Hujus exinanitionis quidem utilitas post diem febris secundum dubia est; de hac re tamen multum ex typo quem tum temporis induat, et signis gravioribus pendebit; equidem nullus dubito quin, missione sanguinis liberâ et tempestivâ sæpissimè febrem intercidamus, doloremque topicum sublevemus, absque debilitatis incremento, aliisque sequelis injucundis.

Proximum post depletionem locum, ad febriles morbos obveniendos, impetum sanguinis minuendum, et dolorem capitis sublevandum,

tenere habenda est Affusio Frigida, itaque in hac Febre Endemica auxilium potentissimum perutile reperietur.

Effectus affusiones boni, ab exhibitione matura, nimirum ante febrem plene formatam pendebunt; momentum, aut pondus etiam aquæ affusæ secundum mali tempus, et ægri vires ordinare necessarium erit. Quum in hoc morbo actio vasorum vehemens, temperiem corporis præter naturam valde auctam comitatur, calor magnæ irritationis, et demum debilitatis causa fit; ideo Affusio Frigida hanc irritationem et calorem morbosum summovendo, perspirationem per cutem liberam adjuvat, et maxime salutaris et gratissima ægrotanti eveniet.

Applicatio frigoris topica ad caput, et epigastrium, si embecillus vel indigena vel malum in stadiis provectis sit, multo magis præstabit, quia sic obtineatur ejus effectus salutaris, dum impetus talis vehemens evitetur,

qualis vim vitæ tantum opprimet, et natura et conatus nostri omnes recuperare haud omnino possent: his quoque in exemplis et similibus, balneum tepidum et corpus, Spongiâ, extergere maxime conveniunt.

Cum febres Regionum Calidarum ab exhalatione per cutem suppressa ortum ducere putabantur. Balneum Calidum, ut eam denuo eliciat, et sic causa morbi sublata ipsum arceat, multum fuit commendatum et sæpe exhibitum. In casibus levioribus quibus illa excretio male imminuta est, manifeste prodest. Modus autem ad febrem sudore copioso elicto expellendum, post remedia adversus actionem vasorum abnormen exhibita, optimus est Vaporium, quod in usum in Nosocomiis Indiæ Occidentalis Navalibus nuper acceptum fuit. Siquando affusio frigida neque idonea neque tuta sit, veluti imbecillis, et indigenis, haud parum commodi certi ab his derivetur. Quod ad utilitatem affusionis frigidæ, vel spirituosæ, et Vaporii pertinet, an hoc, hujus, il-

liusne, major sit experientia mea in utrisque, quamvis exigua penitus opinioni, illam esse præponendam favet. Semper ipsi ægri post aquæ aspersionem, vel ablutionem se levatos sentire testantur.

Sitim optime pellit potus aquosus frigidus, succo fructus Citri Medicæ, Citrulli, vel Tamarindi Indicæ impregnatus, et debitis intervallis haustus, ne gravetur ventriculus.

Capiti ante raso lintea ex aqua frigida et citri succo crebro injicere, paululum elevato, aëre quam maxime perflato, et frigidiusculo, præcipue in his Calidis Regionibus, per totum hunc morbum, esse imprimis utile inveni.

Alvus omnibus fere in febribus Regionum Calidarum, pariter atque in hac, de qua dicitur (et plerumque incunte morbo attentionem maximam postulat) ob fel parcum vel vitiatum secretum, tarda existit, et multum ir-

ritationis periculosæ efficeret nisi cito et efficaciter mota fuerit; igitur, maximi momenti est medicamento purgante quamprimum alvum ducere. Purgantia non tantum sane statum alvi torpidum auferunt, sed ad actionem totius corporis morbidam generalem sistendam maxime valent, et ad modum, qui in regionibus aliis minime tutus videntur.

Ut intestina per tempora morbi prima plene exinaniantur, Medico curæ maxime esset, neque verbis ægri, qui plerumque inquietari nolit, omnino fidendum est.

Si ventriculus liquida hæc sine vomitu recipiat, bene conveniunt sales medii aqua soluti, et in potionibus exiguis sæpe ad plenam purgationem iteratis. Hoc autem viscus frequentius valde irritabile et diluentium prorsus impatiens est, igitur Hydrargyri submurias ob parvitatem fere præponitur, et doses maximæ a quibusdam præscriptæ fuerant, sed ut actio

ejus incerta sit, præsertim, cum calor et febris admodum urgent, satius foret Catharticum vegetabile ei conjungere, veluti Convolvulum Jalapam, Aloen, Colocynthidem vel Scammोनiam. Alvi ductio ope enematum quoque simul commode instituitur.

Hæc per totum febris decursum necessaria sunt, vero in stadio provento magis caute exhiberi debent, quia nisi eorum usus diligenter ordinetur, diarrhæa, tenesmus et tormina violenta superveniant, et non solum ægrotum miserrime molestant, sed etiam in diserrima vitæ adducant.

Si remediis in stadio morbi primo exhibitis malum non cedat, et debilitas, aliaque signa secundi fiant, scilicet, vomitus materiæ nigræ molesstissimus, dolor epigastrii sub pressura auctus, sudores oleosi et frigidi, et torpor generalis, medicamenta naturæ diversæ usurpare oportebit; imprimis, autem, ventriculus tumultus et eversus compescendus est, ope

haustus salini effervescentis cum opio, panaceæ cum vino, purgantium, vel vesicatorii ad epigastrium admoti.

Nihil in tali statu melius quam Cerevesia tritacea, et potus quem nostrales (porter, ale, cyder) dicunt in utribus occlusa; Acidum carbonicum quod in se continent grate ægrum refrigerat et a stomacho quodque aliud rejiciente retinetur ut sæpius vidi, quamobrem febricitantes eam avidissimè poscunt. Alimentum quod præbet quoque in causis quare magnopere proficiat. Quantitas in dies sumenda indiciis regatur; ut plurimum libræ duæ vel tres sufficiant.

Vinum quoque præcipue (Mадiera) quod vocatur, eodem consilio exhibitum, et si non nauseatur, portiones exiguæ sæpe sunt exhibendæ, perutile auxilium reperitur.

Aromata, vel Cycas Circinalis cum ea conjuncta, magis grata sunt et facilius retinen-

tur. Juscula animalia tenua, et gelatinosa, haud parum hoc tempore ad vires sustinendos, et signa urgentia sublevanda conferunt. Maranta arundinacea quoque opium et vinum conjunctum ventriculo si manebit, vires vitæ valde sustinebit.

Signa jam recensitis adhuc perstantibus, vix fieri potest, quin gangræna adsit ventriculo cui progressum sistere, Stimulantibus validissimis opus erit, quorum optima sunt spiritus fortiores, (Brandy,) Vinum, (Champaigne,) Æther sulphuricus, Camphor Zingiber et similia, Carbonatis Ammoniae verè grana quinque vel decem secunda quaque hora repetitur, stimulantium omnium maxime prodesse videntur. His Capsicum in pillulas confectam, vel in alkohole infusum (pepper punch dictum) adjungatur, et quidem effectus bonos fræquenter præbet. Rarissime tamen morbus sic prægressus haud miserum necat. Cum autem hæc Febris Caribea in melius mutatur, et exinanitio non amplius necessaria, aut tuta


videtur, Diæta maximam curam postulat. Ex rebus mitibus et nutrientibus, sive animalibus sive vegetabilibus, cum liquoribus fermentatis, sed quum primo convalere cæperint, cavendum est ne præmaturè carnes ægro concedamus, et parva semel quantitate, ne ventriculus nimis gravetur, assumi debet. Vinum generosum in minima pocula haud sine cautela magna dandum est.


Denique, ægre convalescente, exercitatio modica sub pleno JOVE, vestes calidæ, Balneum maritimum frigidum, si vires bene sinant, Amara Vegetabilia, ut Quassia Excelsa, &c. firmitatem corpori universo impertiunt, et ad sanitatem pristinam feliciter reducant.

Denique, in verbis CELSI elegantiss. “Pessimum ægro cœlum est, quod ægrum facit.”


FINIS.





















KING'S *College* LONDON

TOMHB
RC106 CAR *Library*
CARTER, WILLIAM FRANCIS
TENTAMEN MEDICUM INAUGURALE
[1818] ***

020218405 0



KINGS COLLEGE LONDON

